

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp Hermann Krüger

Disputatio Theologica De Sacramento Baptismi

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737816198>

Druck Freier  Zugang



Vert.: ① A. Wiese
② H. Kröger
③ J. H. Wagnerius

Fab. Claistorp
R. U. theol. 1643.

DISPUTATIO THEOLOGICA

De

SACRAMENTO
BAPTISMI.

Quam

Auxiliante D E O, Ter Optimo Maximo,

OMNIA PRESIDE N

Admodum Reverendo, Excellentissimo, &

Clarissimo Vino

Dn. JOHANNE QUISTORPIO,
S.S.Theol. Doctore & Professore, ejus-

demq; Facultatis Seniore & Decano, Pra-
ceptore suo nunquam non colendo.

Publicæ examinationis subjiciet ad d. 12. Augusti
horis matutinis in auditorio majori.

HERMANNUS RÜGER

Clüzensis Megapolitanus

AUTOR & RESPONDENS.

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640

1640



VIRO
REVERENDO, CLARISSIMO,
Nec non Doctissimo
Dn. MARTINOCRÜGERO,
Pastori apud Clüzenses fidelissimo,
Dn. Parenti suo nunquam non colendo.

Hoc Exercitium Academicum,

*In iuxtagessu amoenissimo,
Studiose & observantie avarigiae evolutu,
Studiorum suorum Theologicorum tenuimq[ue]ntur
ca, quâ par est, ratione.*

Dicat
Dedicat
Consecrat

HERMANNUS Krüger Filius,
Author & Respondens.



DE S. S. BAPTISMATE.

Vocabulum cœli utrum in Scripto. S. pluribus
gaudeat significatis; porissima tamen sive
hac tria, que nos hæc vice, ab instituto no-
stro hanc aliena, exordii loco huic nostra
Disputationi præmittemus.

I. Notas Cœlum naturæ, semper etiam hanc molem,
supra terram & aquam existentem. Ita DEUS dicitur Gen.
1. v. 1. creasse cœlum & terram. Ubi nox definitur quasi cœlum
esse illud יְהֹוָה gr. στέρεωσις lat. firmamentum, expansum,
quod est inter aquas superiores & inferiores v. 7. in quoq; u-
niversus astrorum exercitus est positus v. 14. 15. à rad. בְּקָר
vide Wallerum de hoc loco in suâ spongia Mosaicâ, nec non
Schindler in πενταγλωτώ. Ita sumit quoq; Salvator Luc. 21.
33. quando ait: Cœlum & terra transibunt.

II. Notat Cœlum gratiæ, alias dictum regnum cœlo-
rum Matth. 3. 2. & c. 4. 17. c. 13. 21. & 20. 1. Luc. 3. 3.

III. Cœlum gloriæ, seu futuram beatitudinem omni-
um fiduciarum Matth. 18. 10. Philipp. 3. 20. Luc. 10. 18. De qui-
bus egit fusiis Clariß: Glassius in Rhetor. sacra Tract. 1. cap.
10. p. 223. 224. & Flacius in Clave Script.

Ad illud autem nascimur per naturalem generatio-
nem, estq; nobis commune cum bruti. Horum vero participes
readmirur per spiritualem regenerationem in aqua & spi-
ritu, seu, quod idem est, per Baptismum, per quem in regnum
gratia ingredimur. Quanto vero post se longiori relinquimus
intervallo generationem regenerationem: quia illa dat esse, hæc
et bene beatę esse: illa dat esse cum hominibus, in hoc saltu
mundo, hæc vero cum in hoc presenti, tum in futuro seculo

cum ipsomet Deo: rancò etiam hujas est major habenda ratio, quam illius. Quod dum recta nobiscum repudavimus viâ, premisâ Baptismi definitione, breviter expendendam duximus rationem ejus tum ad intra, tum ad extra, uti vocant. Esto igitur Definitio talis:

BAPTISMUS est actio sacra & solennis (s. prius N. T. sacramentum) quâ juxta institutionem Christi per ordinarium Ecclesie ministrum omnes & soli vivi homines in nomine Patris, Filii & Spiritus S. aquâ naturali ablauuntur in remissionem peccatorum, & salutem aeternam.

Hanc definitionem ad veritatis Cynosuram examinaturi, tria nobis constituemus capita. Primum aget de Definito. Secundum de definitionis essentialibus. Tertium de ejus extra essentialibus, & effectu baptismi. Antequam vero pandamus vela, te Deus ter. opt. max. rogamus, per Spiritum tuum nos ducas in omnem veritatem, Amen.

GAP. I.

DE DEFINITO.

S. 1. Baptismus est vocabulum origine gracum, notaq; tam aspersionem, quam immersionem.

Descendit enim à verbo *Bapti*z̄, quod est quovis modo ablueret, sive id frat immergendo in aquam, sive aspergendo aquâ. Id quod patet i. ex Apostolo, interpretante Baptismum per lavatum aquæ in verbo. Eph. 5. 26. lavacrum regenerationis & renovationis Tit. 3. 5. Act. 22. 16. Item Petro per p̄partio p̄sonâ d̄spersus i. Pet. 1. 2. II. Ex collatione locorum Marc. 1. 8. Luc. 3. 16. Act. 1. 5. c. 2. v. 17. 18. & 33. c. 10. 45. quod enim notatur ibi per nō baptisari, hic effertur per nō effundi. Neq; verò quicquam refert, sumi vocabulum baptisari metaphorice, quippe & effundi non aliter accipitur. Quemadmodum igitur metaphorice sumptum vocabulum baptisari per nō effundi explicatur; ita nec quicquam prohibet, quod minus, propriè sumptis vocalibus, illius frat per hoc explicatio. Et omnino vide locum Marc. 7. 3. & 4. quod enim v. 3. exponitur per v. 4. jam effertur voce

Bapti

Baptizat⁹. III. Evincit hoc utriusq; temp⁹ τὸ βαπτίσμα, καὶ τὸ βαπτίζειν, primæva origo; derivantur namq; à primitivo βάπτω, quod non tantum significat immergo, sed & aspergo, fatentibus quoq; illisipsis, qui nobis hanc item mouere solent. IV. ex testimoni⁹ Scr. S. non quidem illo explicito, attamen tali, quod per bonam consequentiam elicetur, Vide Matth. 3.5. Act. 2.41. Cum enim illi multi dicantur baptisati uno die, non est verisimile, fuisse denu-datos, atq; ita baptisatos. V. Usus hujus vocabuli τὸ βαπτίζειν, significationem hanc in V. T. obtinens ex interpretatione septuaginta interpretum idem comprobatur; ut cailibet Biblia salem inspi-cienti passim ex ritibus istis Leviticis ad oculum patebit. Quapropter eant nunc adversarii, & submergant se se cum omnibus suis in profundum Oceani; nos ne unguem latum à veritatis tramite dis-cedemus, ne in scandalum infirmorum incidamus, Duce Apostolo Galat. 2. v. 4. 5.

§. 2. Vocabulum τὸ βαπτίσμα ut est πλύνειν; ita etiam multa habet in hac nostrā significatione sibi iordyvā-μενε.

Utrumq; facilis negotio evincitur. **Prius**, quia sumitur. I. Pro Ba-ptismo doctrina, seu totius ministerij Ecclesiastici, quod & docendo & baptizando peragitur. Hinc queritur à Salvatore nostro Luc. 20. 4. ex Pharisæis & Scribis de Baptismate Johannis, h. e. de universo ipsius ministerio, num fuerit ex cœlo, seu à Deo ordinatum, an vero ex hominibus. Ita quoq; sumitur hoc vocabulum Act. 1. 22. cap. 10. 37. & alibi.

2. In V.T. fuit Baptismus legi, seu purificatio illa, & lotio Levi-tica, Judæis frequens & solennis, quo utebantur partim legis divinae præscripto Lev 14. 7. c. 16. 19. &c. Num. 19. 20. ad consequendam æternam salutem, quam nonnullæ harum Leviticarum lotionum o-perabantur, nō quidem αὐτοεργητιῶς, ex se se, & suâ virtute, sed τυμχῶς & exempla iter virtute sanguinis Christi, cuius umbra sue-runt Ebr. 8. 5. c. 9. 9. & 23. c. 10. 1. seu significando, interiorum im-munditiem salutari sanguinis ipsius lavacro aliquando abstergen-dam. Quemadmodum hoc inter alios satis perspicue ac manifeste demonstrat D. Clotzius in Disp. suā de Baptismo priori, §. 3. habitā

Rostochii Anno 39. partim seniorum statuto & beneplacito Marc. 7.
8. quod nomine dicuntur Apostolo βαπτισμοὶ 2ης Φεβ. Ebr. 9. 10.
3. Baptismus Crucis seu afflictionis & sanguinis, ut vocant. Matth.
20. 22. 23. Luc. 12. 50. quod non nulli etiam referunt locum 1. Cor.
15. 29. de quo praeter alios vide Tarn. in Exercit. p. 645. Hoc autem
Baptismate, crucis putat, non dixerim nos purgari a peccatis, liberari.
ve a peccatis, quia ita forem injurius in sanguinem Christi, qui solus
per verbum & Sacra menta nobis oblatus, veraque fide applicatus, e-
mundat nos ab omni peccato, 1. Joh. 1. 7. 4 Est Baptismus maris seu
transitus Israëlitarum, cuius fit mentio 1. Cor. 10. 2. Vide Glass. super
Epistolas Dominicales part. 1. Dominica Septuag. p. 492. 5 Est Ba-
ptismus Sp. S. & ignis, qui nihil aliud est, quam effusio Spir. S. per
ignem externum, qui visibiliter descendit super Apostolos in die Pen-
tecostes, juxta vaticinium Prophetæ Joel. 2. 18 Esa. 44. 3 Conf. Act. 2. 2.
& 3. & hoc est, quod Johannes in futuro ait: Hic baptisabit &c. Marc.
1. 8. Atque ita haec sunt vocis hujus significata *impropria*; quomodo
partim sumitur Metaphorice ut in significatione secundâ, tertiat,
quartâ, & quintâ, partim Synecdochice ut in significatione primâ.
Propriè vero sumitur vel 6. *in genere* pro quavis lotione, & sic
etiam Mosaicâ. Ebr. 9. & 10. quae indifferenter fit tam immergendo,
quam aspergendo, ut in praecedenti 5. illud evictum est, vel 7. *in spe-
cie* pro priore N. T. Sacramento Matth. 21. 25. & c. 28. 19. Gal. 3. 27. Tit. 3.
5. Quae est hujus loci propria, & minimè tropica, quemadmodum
Bucanus speciosè, si Diis placet, contendit in institut. Theolog. loc.
47. p. 606. Neque vero posterius obscurum potest esse illis, qui modò
fontem Ser. S. extremis, quod dicitur, labii degustarunt, quique Eccle-
siasticos scriptores per transennam saltem non inspexerunt. His po-
tissimum ab objecto & fine dicitur Animæ regeneratio; Sigillum
passionis divinæ; Fons divinus, quo fideles in novam creaturam re-
generantur; Balneum, quo quis lotus ex sece sit juvenis, ex mortuo
vivus, & in æternum vivus manens; Sacramentum initiationis &c.
Mysterium expurgationis; Investitura Christianismi; Puerpera re-
gni celorum &c. Vide Compend. Pelargi in loco de Baptismo, ubi
plures appellations veterum reperies. Sacra Script. etiam nobis
perplurimas exhibet voculas S. S. Baptismum significantes. Dicitur
n. I. Baptismus doctrinæ, tum ab adjuncto, quod non sit nuda cere-
monia;

monia; tum ab effectu, quia est sigillum prædicatae doctrinæ Ebr. 6.
v.2. II. Poenitentia, itidem ab effectu Luc. 3.3. Act. 19.4. III. Baptisma
Johannis, à causâ efficiente Ministeriali in N. T. passim. Ubi tamen
apprimè est observanda ambiguitas illa, quæ hic latet: sumitur enim
modò divisim, scil. sine doctrinâ & prædicandi ministerio Johannis,
& sic verissimè cum hoc nostro Sacramento retrocurrit: modò con-
junctim, ut non tantum intelligatur Sacramentum hoc initiationis,
verùm etiam administratio ipsius pariter cum ministerio prædican-
di Evangelii conjuncta. IV. Purificatio Joh 3.25. non illa leviti-
ca, cuius cœteroquin sit mentio cap. 2.6. Luc. 5.14. Confer Levit. 14.
sed Evangelica s. Baptismi, sicut antecedentia & consequentia ibi
clarissime testantur. V. Consilium Dei. Luc. 7.30. neq; n. Pho-
tinianis concedimus, intelligi h. l. per consilium Dei poenitentiam.
Ita enim argumentamur. Quicquid Pharisæi contemperunt, illud
fuit consilium Dei. Atqui Baptismum. E. Licet interea non nege-
mus, cum Baptismo ~~avum~~ ~~erit~~ semper qs. indissolubili nexu con-
junctam esse poenitentiam. VI. Dicitur Lavacrum regeneratio-
nis Tit. 3.5. Lavacrum aquâ in verbo Eph. 5.26. Interrogatio s. stipu-
latio bonæ conscientiæ cum Deo, vel in Deum 1. Pet. 3.21. Atq; ita ha-
ctenus de iis, quæ concernunt definitum: Quæ obijci nobis posse
videbuntur, ut diluamus in discursu, dabitur procul dubio ansa. In-
terim missis his descendemus jam ad rem ipsam.

CAP. II.

DE ESSENTIALIBUS BAPTISMI.

Caput hoc secundum, velut sub initium diximus, agit de iis, quæ sunt
de essentiâ baptismi, seu quæ ingrediuntur essentiam ipsius con-
stitutivè. Sunt vero ea binæ illa causæ internæ, Materia scil. &
Forma; quippe ut, dicente beato Irenæo, quodlibet Sacra-
mentum constat duabus rebus, cœlesti & terrena, ita etiâ Baptismus.

§. 1. Materia, seu res terrena in Bapt. est aqua.

Aqua scil. quævis naturalis promiscuè, sive sit fluvialis, sive fon-
tana; sive sit calida, sive frigida, perinde est: Neq; enim qualitas sub-
stantiæ quicquam derogat: modo vera & genuina sit aqua, verbo
institutionis consecrata. Ita Christus omnes homines aquâ bapti-
lati voluit, quando Joh. 3.5. Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spi-
ritu:

titu: expressissimam aquæ mentionem facit; Itaq; Apostoli bapti-
sârunt aquâ, Philippus Eunuchum Act. 8.38. Petrus alios. Act. 10.47.
Johannes ipsum Christum Match. 3.16. Hinc Paulus Baptismum non
sine causâ vocat lavacrum aquæ Eph. 5.26. &c 1. Joh. 5.v. 6. & 8. dicitur
aqua in terris testari & Christus per eam venisse. Rationes etiam,
quæ faciunt pro nobis unicè, afferre possemus multò plurimas; at
brevitatis ergo præcipuas illarum huic qs. includemus Syllogismo:
Quo elemento i. Baptismum administrati mandavit Deus; quodq;
2. primus omnium adhibuit Baptista, nec non deinceps in perpetuò
usu baptismi apud Apostolos, eorumq; fideles successores in Eccle-
siâ mansit; quoq; 3. sublatu, ipse Baptismus perit: illo utiq; in bap-
tismi administratione erit utendum. Atqui de aquâ in Baptismo
est verum prius. E. Assumptionis pars prima probatur ex Joh. 1.33.
Ubi, qui misit me, inquit Johannes, ut baptizem aquâ, ille mihi dixit:
Secunda stabilitur ex modo citatis S. S. testimonii: pro tertia deniq;
ita argumentor. Quicquid est de essentiâ rei, eo sublatu, res ipsa pe-
rit. Atqui quicquid est materia alicujus rei, illud est de essentiâ rei. E.
Quicquid est materia alicujus rei, eo sublatu, res ipsa perit. Materia
enim (uti rectè notationem desumit à voce mater. Eislerus disput. 6.
Collegij sui Philosophici Theor. 3. §. 1.) est instar matris in utero pro-
lem concipientis & foventis, primum subjectum & receptaculum.
Et per consequens sublatâ aquâ, & ipse tollitur baptismus. At quid
mihi hec videor audire nonnullos, grandem nobis hâc in parte di-
cam scribentes, quod adeò acriter, velut pro aris & focis pugnamus
pro immutabili necessitate aquæ in Baptismo, ut aquâ deficiente, sa-
tius putemus, piis precibus infantem Deo committere, quâm in mi-
nitmis substantiæ Baptismi partibus à verbis institutionis discedere.
Ita enim scribit Beza quodam in loco: Desit etiam aqua, & tamen
baptismus alicujus differti cum adficatione non possit, nec debeat;
ego certè quovis alio liquore non minus ritè, quâm aquâ baptiza-
rim. Ut funtamen ne adeò multa præter necessitatem cumulemus
argumenta, respiciant velim, irretorisq; animorum suorum inspici-
ant oculis, ut si possint tandem & velint, perspiciant ea, quibus modò
præmissis thesin hanc nostram ivimus stabilitum; Ubi inter alios ad
probandum aquæ necessitatem laudavimus testem omni exceptio-
ne majorem D. Paulum, qui Eph. 5. 26. ita de Baptismo disputat;
Baptis.

Baptismus est lavacrum aquæ in verbo : subsumimus nos; Peregrini liquoris aspersio non est lavacrum aquæ in verbo. E. nec Baptismus. Neq; enim, modò vellemus heic afferre in medium , deficere nos possent rationes multò plurimæ, quibus facile redarguere eset veritatis Osores; ut si tale fieret argumentum : Quemadmodum sese habet homo ad corpus; ita Baptismus ad aquam. Atqui homo sine corpore nec potest esse nec concipi. E. nec Baptismus sine aquâ. Majoris connexio ipsâ luce claret magis ex antè dato triformi Syllogismo : quia ut corpus est pars essentialis hominis , veluti sui totius Naturalis; ita & aqua Baptismi, veluti sui totius Sacramentalis. Minor ex his ipsis suâ jam sponte sequitur. Destructâ enim parte aliquâ essentiali, ipsum totum unâ collabascat oportet. Mutatâ re terrenâ in Baptismo destruitur ejus pars essentialis. Ergo. Sed ne in rem clarâ nobis ipsis offundere videamus tenebras, ipsove meridie coecutire ; his contenti, fin minis ipsis, at veritati satisfecisse arbitramur. Quod si verò neandum acquiescere velint, audiant, quæsumus, suos ipsorummet asséclas in faciem contradicentes : Ita enim scribit Bucanus in suis institutionibus Theolog. loc. 47. quæst. 18. pag. m. 663. Materia, scilicet res terrena baptismi, est aqua vera, pura, munda, & naturalis &c. non alias liquor, simplex & vulgaris, non oleum, non sanguis, non ignis, non fabulum, aut aliud quodvis elementum &c. Nos interim fatemur cum Apostolo, & dicimus ex 1. Cor. ii. 16. Si quis videtur contentiosus esse, nos hujusmodi consuetudinem non habemus, neq; Ecclesia Dei.

S. 2. *Materia, seu res cœlestis in Baptismo est tota S. S. Trinitas.*

Non omnium eadem èstratio, sed variant hic mirum Doctissimum Theologorum opiniones. Quidam statuunt, esse sanguinem Christi hoc nisi fundamento. I. Ubicunq; locorum S. Scriptura purificationem nobis à peccatis tribuit, faciat illud oportet per sanguinem Christi. Ratio : Quia absq; sanguinis effusione non fit remissio Ebr. 9. 22. Confer hæc loca, quæ sanguini Christi purificationem, lotionem & mundationem ascribunt. 1. Joh. 1. 7. Ebr. 9. 14. cap. 10. 22. Apoc. 1. 5. Atqui collato baptismo tribuit S. Scriptura purificationem à peccatis Eph 5. 26. Ergo. II. Quod in Circumcisione deerat, quodq; typice inibi præfigurabatur, illud est res cœlestis Baptismi, qui circumcisioni successit Coloss. 2. 11. 12. Atqui non S. S. Trinitas, non Spiritus S. sed

B

sanguis

sanguis Christi in Circumcisione deerat. E. Hinc Luth. in Cantico,
Und ist für jhm eine rothe Fluth / von Christi Blut geserhet etc.
Nonnulli volunt esse spiritum S. ex illo Joh. 3. 5. Nisi quis &c. & 1.
Cor. 12. 13. Alij cum beato Luth docent, verbum institutionis esse rem
coelestem in Baptismo. vide hæc fusus diducta in Catech. Luth. maj.
pag. m. 537. Interim verò quicquid sit, cùm de quolibet fidei articulo ex
ipsis institutionis verbis sit judicandum, nobis, salvo tamen doctorum
virorum judicio, prima videtur omnium & potissima sententia ea,
quam in ipso theoremate nostro sumus professi. Verba institutionis
ita sonant Matth. 28. v. 19. Euntes docete omnes gentes, baptizantes
eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus S. Unde quis non colligeret
firmissimè, S.S. Trinitatem in Baptismo esse rem coelestem. Qui hæc
verba non de propriè dicto baptismō intelligenda esse contendunt, illi
hoc notent argumentum: Aut imperatur hīc aliis Baptismus Aposto-
lis administrandus ab eo, quem jam antè ipse Christus exercuerat, aut
idem cum ipso per triennium jam recepto. At non est aliud. Ergò.
Major est fundata in eo axiom: Impossibile est idem simul esse, &c.
Min. prob. siquidem Christus non potuisset non imponere suis disci-
pulis, si mandatum hoc de Baptismo ita illimitatè prolatum, voluisset
impropriè intelligi, quippe quod Apostoli æquè minus capere potuissent,
atq; nos, ideoq; de vero sensu hujus mandati Dominum interro-
gassent, mentem suam ut fecisset planam, quemadmodum legimus
Matth. 13. v. 18. Joh. 16. v. 17. 18. 19. V. Jos. Stegm. Photin. Disp. 44. q. 3.
Atq; ita jam evicimus S.S. Trinitatem esse de essentiā Baptismi οὐδικῶς:
ne verò videamur contravenire aliter de hāc re sentientibus, omnino
que exterminare ex communione Baptismi sanguinem Christi, Spir-
itum S. & verbum institutionis, notabiliter diximus, hanc esse nobis
visam primam & potissimum sententiam: Ita enim est, fatemur & nos,
optimè posse hæc omnia simul & semel concurrere in Baptismo; Sed
hæc duo veniunt nobis in quæstionem i. quænam sententia sit haben-
da antiquior? Resp. ea, quæ fundatur in ipsā institutionis sede. 2. Quo-
modo sanguis Christi, Spiritus S. & verbum ingrediantur essentiam
Baptismi? Breviter. Sanguis Christi, consideratus tam ratione meriti,
quam ratione substantiæ, utroq; modo concurrit ad Baptismum, quia
de S.S. Trinitate est probatum. Christus homo subsistit secundæ per-
sonæ Trinitatis, seu verbi *ὑπόσταση*, quæ interna est Trinitati. Ergò. De
Spiritū

Spiritu S. itidem verum est inclusivè, simul intellecto Patre & Filio, non autem exclusivè. Verbum deniq; est triplex; Mandati Matth. 28. 19. Promissionis Marc. 16.16. & signi sive Ordinationis. Respectu illorum ceu causa efficiens impuls. & finalis sequestrari quidem hinc non possunt; materialem verò partem non constituunt: hujus verò ratione, quando metonymicè signum accipis pro personis signatis, in quarum nomine Baptismus peragitur, utiq; largimur. Vide hæc convenientissimè inter se se composita in Tab. Theolog. D. Christ. Matth. lib.6.loc.7.

*§. 3. Unio inter rem cœlestem & terrenam in S. S. Baptis-
mate datur vera, realis, mystica, ac Sacramentalis.*

Illud, quod in §. præcedenti de re cœlesti diximus, stat nobis hactenus firmissimū. Pater enim cum baptisato fœdus init. Pet.3.21. Filius eundem, virtute sanguinis, per lavacrum aquæ in verbo Eph. 5. 26. lavat, ut ipsum induat, Gal. 3.27. omniumq; mortis ac resurrectionis beneficiorum particeps fiat Rom. 6. 3. Spiritus S. est, ex quo Joh. 3. 3. regeneramur, quiq; baptisatis beneficia per baptismum exhibita applicat, conformat, & ob-signat Eph. 4. 30. Verum hic jam subnascitur illa quæstio, duplex nè sit baptismus? Unus Internus, externus alter. Respondemus ex Eph. 4. 5. Unum Baptismum. Insuper ita argumentor. O Sacramentum N. T. constat re terrenâ & cœlesti: Baptismus aquæ seorsim, & Baptismus Spiritus seorsim, non constat re terrenâ & cœlesti. E. neuter illorum seorsim est Baptismus. Item. Quemadmodum beneficio unionis personalis duæ naturæ, div. scil. & hum. constituunt unum Christum numero; ita etiam res terrena & cœlestis constituunt unicum baptismum unione Sacramentali. Est autem *unio* ista *Sacramentalis* non *absoluta*, *essentialis*, aut *physica copulatio* aquæ & S. S. Trinitatis; multò minùs consistit in locali, sive inclusione, sive præsentia rei cœlestis: siquidem hos modos hoc in mysterio locum nullatenus habere posse, jam pridem novimus: Interim tamen non statim sequitur: E. nullus alias dari potest unionis hujus modus, quæm, qui est *χειρος*, s. *relativus*, ubi Sacramentum *χειρ* s. relationem ad rem cœlestem obtinere dicitur. Datur sane talis Unio Sacramentalis in baptismō, quæ est certa ratio, proporcio, sive habitudo aquæ ad Sacrosanctam Trinitatem, juxta verbum institutionis: quæ tota consistit in eo officio aquæ,

B 2

quod

quod ipsa baptismi institutio ei assignat, quodq; non promiscue, etiam extra Sacramentalem actionē, tribui cuilibet aquæ potest. Est igitur hoc aquæ baptismi officium sacramentale, non pro usu ac proprietate naturali inq; vitâ humana communis, abluere sordes carnis i. Pet. 3. 21. sed esse medium, symbolum, & instrumentum divinum, verbo Dei ita sanctificatum, ut cum eo, & per illud S.S. Trinitas in hominibus, qui baptisantur, efficaciter operetur regenerationem & renovationem. Joh. 3. 5. Eph. 5. 26. Tit. 3. 5. i. Pet. 3. 21. consule tom 2. Giessens. disp. 14. thes. 126. 129. Ne autem fucus nobis fiat, quando dicimus S.S. Trinitatem realiter esse cum aquâ unitam, in Oppositione τ&ς verbaliter & objective sumptum volumus hunc terminum realiter, ita ut non verbaliter, non ficte, non simulare, non figurare non significative se se hæc unio habeat, sed verè ac in re ipsâ: neq; enim quicquam incommodat nobis, quod pariter dicamus mysticam hanc unionem; siquidem, ut volunt Calviniani, Reale & Physicum, non sunt ex utrâq; sui parte termini convertibiles, sed ex unâ tantum, ita ut quidem recte dicas, omne Physicum est reale; at non omne reale est Physicum. Hinc D. Calovius in Metaph. in explicatione termini essentialis dicit, pag. 91. & 594. Non omnis realis distinctio est essentialis, quamvis omnis essentialis sit realis. Addit exemplum: ita personæ in S.S. Trin. distinguuntur realiter, minime vero essentialiter, quem vide d.l. Atq; ita jam constare arbitramur liquido satis de unione hæc sacramentali, verâ, ac reali utriusq; rei, cœlestis videl. & terrena: quæ licet cæteroquin toto discrepent genere, propter verbum tamen in unum numero sacramentū ita coalescent, ut neutra seorsim sumpta possit baptismum constituere: de modo autem ipsius specialitate Scripturâ. & nos malumus cautam ignorantiam confiteri, quæm falsam scientiam profiteri, dicente cum Augustino Doct. Johann Förstero in Thesaur. Cat. Dec. 2. de Bapt. Probl. 9. §. 64.

S. 4. Forma Baptismi est vel interna, vel externa.

Ut enim integra Baptismi atq; reliquorum sacramentorum forma residet in actione; quippe quod nobis singula verbis activis in Sacris literis describuntur: Nam de circumcisione dicit Jehova ad Abramum; Circumcidetis &c. Gen. 17. 11. De Agno Paschali; Tollat unusquisq; agnum, & immolet, & edat &c. Exod. 12. v. 3. &c. De Baptismo Christus: Baptizate &c. Matth. 28. 19. & Petrus, Act. 2. 38. De S.S. Coenâ, accipite, comedite, bibite, &c. Matth. 26. 26. 27. 1. Cor. 11. 24. ita quoq; ex ipsâ

ipsâ actione oportet nos eam eruere. Quoniam verò **principium** ag-
gendi hîc est duplex; Unum **Principale**, quod est Deus , qui intrinseco,
& nobis ignoto modo, semper adest & præst huic actui baptisandi;
tum uniendo rem terrestrem cum cœlesti, tum juxta verbum institu-
tionis quemlibet baptizatum regenerando in & cum aspersione aquæ,
à verbi ministro peractâ: Alterum **Ministeriale**, quod est verbi mini-
ster, legitimè vocatus, juxta institutionem Christi. Baptismum externo
& visibili modo administrans (NB. distingui enim ita hæc bene pos-
sunt, nequaquam verò dividi, nisi velis cum Calv. duplicum inferre),
Baptismum non immerito quoq; Nostrates Theologi duplicem astru-
unt & propugnant formam Baptismi: **Internam**, quæ consistat in unio-
ne Sacramentali: **Externam**, in aquæ aspersione & plenâ ac planâ ver-
borum institutionis pronunciatione. **Plenam** oportet esse, ne verborum
institutionis quicquam immutetur, quod à vero ac legitimo eorum
sensu sit alienum. Verba autem sunt hæc: EGO BAPTIZO TE IN
NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS S. ubi singula suam im-
portant Emphasim. Ego notat personam baptisantem. Neq; enim se-
metipsum quis potest regenerare, ut nec quis sese potest generare. Ba-
ptizo notat ipsum actum immerendi vel aspergendi promiscue. Parti-
cula Te, ostendit applicationem, quæ sit singulis, qui baptisantur: atq;
ita nequaquam debet omitti. In reliquis deniq; verbis includuntur
personæ, in quarum nomine Baptismus peragitur; ubi nulla prorsus
toleranda mutatio. Observa quoq; hîc, & probè in animum demitte
tuum, quomodo in his verbis unitas essentiæ & personarum Trinitas
fundetur. Prius constat, quia Baptismus deber fieri in nomine, non
verò in nominibus: Posteriori, quia trium singularum personatum sit
mentio. Unde jam manifestum est, Patrem, filium, & Spiritum S. non
tres baptizatores esse, sed unum; siquidem Baptismus est opus ad ex-
tra, quod Toti Trinitati est indivisum. **Plana** porrò sit, ut quilibet pos-
sit sensum percipere, omnisque lingua & omnis Spiritus suum Deum
pro tanto beneficio laudare Psal 148. per tot. Psal 150. 6. Quod fiet in-
ter alia, si in qualibet lingua, pro cuiuslibet loci terratum ratione Ba-
ptismus peragitur. Sordet hoc quidem, fateor illis, qui non licere con-
tendunt hæc verba pronunciare, nisi verbis græcis in græciâ, & latinis
in latiniâ Ecclesiâ: At habeant illi sua sibi somnia. Satius fors, hîc jam
in specie aliquid addere de vario usu phraseos, Baptisari ēt nō ēt nri,

B 3

itemq;

itemq; in nomine alicujus facere vel fieri, quid sit, explicare; quò possimus quilibet certi esse, aliisq; vel ex his verbis: In nomine Patris, & filii & Spir. S. ad oculum, quod ajunt, demonstrare, Baptismum i. esse ritum ab ipso Deo ordinatum 2. per ministrum verbi, legitimè ab ipso vocatum, conferendum omni homini, ut 3. se sciat hoc sacramento Deo suo obligatum ad religiosum ipsi cultum, filialem timorem, & observantiam debitam per totam usq; vitam præstandum. At quia luculentissimè hæc ab aliis sunt tradita; nos ea sicco pede præteribimus. Qui cupit, legat Clav. Flacii. & Disput. poster. de Bapt. D. Steph. Clotz. Sect. 2. Prop. 2. Obs. 1. & 2. ubi plenissimè hæc inveniet evoluta.

CAP. III.

DE BAPTISMIS EXTRAESSENTIALIBUS.

Altum fuit hactenus capite præced. de iis, que ipsam rei, intimamq; ingreduntur essentiam: opera nunc erit pretium, ut evolvamus ea, que nobis hic dicuntur extraesentialia: non quòd nullo modo ad essentiam baptismi faciant, sed quòd non sint de ratione ipsius, intraq; conceputum Baptismi intrinsecum non claudantur. Sunt igitur hæc Extraesentialia etiam essentialia Baptismi, (latè sumpto vocabulo, quatenus cum priori retrocurrit) non quidem constitutive, sed partim productive, ut causa Efficiens partii consecutivè, ut causa finalis &c.

S. 1. Causa Efficiens Principalis Bapt est Deus, qui solus instituit, & magisterialiter administrat Job. 1. v. 25. & 33. Minus Principalis Ordinaria verbi minister legitimè vocatus.

Primo namq; in solius Dei sanctificantis, potestate est hominis sanctificatio, nec pertinet ad hominem, suo judicio assumere elementa, quibus sanctificetur; sed omnia debent esse ex divina institutione determinata. Secundò solus Deus gratiam illam dat, cuius sacramenta, sunt organa & signacula. Deniq; solus credenda in verbo præscriptis. E solus Deus instituit Sacra menta, & per consequētiam Baptismum; siquidem de paribus idem est judicium, & per Sacra menta non minus datur gratia, atq; per verbum. Causa verò Ministerialis, quemadmodum in ipso theor. innuimus, est duplex: Ordinaria vel Extraordinaria. Ordinaria fuit Johannes & reliqui Apostoli sub initium N. T. & adhuc sunt omnes verbi præcones, dispensatores mysteriorum Dei i. Cor. 4. 1. Neq; n. Johannes propriâ autoritate baptisavit; sed (a)erat missus ad baptisan-

baptisandum Joh. 1. 33. (β) à Deo; Luc. 3. 2. (γ) in remissionem peccatorum Luc. 3. 3. Quæ cum non nisi à solo Deo esse possit Marc. 2. 7. E. nec Baptismus ab alio, præterquam à Deo, qui & instituit, ut ex dictis apparet, & promulgavit Matth. 28. 19. Extraordinaria sunt homines Christiani privati s. laici, tum viri, tum fæminæ, institutionem Christi in substantialibus aprimitè, & in reliquis, quantum fieri potest, sequentes, atq; ita verum Baptismum extraordinariè conferentes. Quatuor potissimum hic dicuntur. 1. Hunc baptismum esse verum, retentis scil. substantialibus positis n. partibus essent omnibus, &c. 2. Extraordinarium, quo ordo in Ecclesiâ non turbatur. 1. Cor. 14. 40. 3. Ob extremitat dunt taxat necessitatem, non quidem respectu Dei, liberè agentis, & nihil quicquam ad secundas causas alligati, sed respectu nostri; nobis n. est Bapt. necessarius ad salutem, & ratione mandati, quo nobis traditus & commendatus est; & ratione medii, quo nos Deus constituit salvare, veluti in arcâ Noachum 1. Pet. 3. 20, 21. certo suo consilio, Luc. 7. 30. ut facile hinc appareat, quanti sit momenti Baptismus, quantæ vè necessitatis. 4. A privato homine seu laico, mare quidem & fæminâ attamen Christiano, conferendum. A Christiano dicimus: paganorum enim Baptismi administrationem nos, qui Sacraenta extra Christi Ecclesiam non quærimus, jure optimo rejicimus. A laico autem s. mare s. fæminâ quando Bapt. Extraord. fieri posse fatemur, nitimur inter alia, & hisce rationibus 1. Quicquid licet in re pari, licet etiam in comparî. Atqui laicis licuit domi sua docere (imo debuerunt legem Dei suis acuere, Deut. 6. 7. & prophetarunt ac docuerunt, Debora, Jud. 4. 4. Hulda 2. Reg. 22. 14. 15. 16. Hanna Luc. 2. 16. Loide & Eunica, 2. Tim. 1. 5. à quibus Timotheus scripturam edocitus cap. 3. 15. Priscilla Act. 18. 26. Pauli in Domino adjutrix Rom. 16. 3. atq; ita conseruaticinium Joeli c. 2. 28. impletum Actor. 21. 9. c. 2. 17.) Item consolationem efficacem ex Evangelio desumptam agrotantibus ac moribundis suggestere, nec non circumcisionem urgente necessitate administrare Exo. 4. 25. E. II. Necessitas non habet legem Matth. 12. v. 1 & seqq. Conf. 1. Sam. 21. 6. III. Quia ut Sacramentorum omnium, ita & in specie Baptismi virtus & efficacia non à ministri vel fide vel impietate, sed ex solius Dei illum constituentis institutione, dispositione, promissione & veritate dependet. His ita jam expeditis, unū circa hoc theorema restat excutiendum, num videlicet unus sit specie, idemq; Baptismus Joh. & Christi, h. e. aliorum Apostolorum?

rum? id quod cum Apostolo Eph. 4.5. expressissimè affirmamus contra illos, qui censoriam sibi sumentes virgulam in hanc nostram sententiam, duplē circumferunt Baptismum, specie diversum. Nos ita argumentamur. Quæcumq; definitione essentiāli simul & causali non differunt, ea nec specie differunt. Definitio enim realiter idem est cum definito. Atqui Baptisma Joh. & Christi definitione essentiāli simul & causali conveniunt. E. Min. probo inductione omnium causarum, quæ non secus in Baptismate Joh. atq; Christi reperiuntur. De Efficiente constat suprà cap. 3. §. i. & h. l. insuper addo pro Baptismate Johannis. Si Baptismus Johannis fuit ab ipso Johanne institutus, fuit ab homine. At falsum est hoc Matt. 21.25. Luc. 20.2. E. De Materiâ itidem Matth. 3.11. ubi licet aquâ legatur baptisasse Johannes, tamen non in solâ aquâ. At sequi hoc ajunt ex ipso textu, præcipue particularum uerbi & de usu, (quæ apertissimam ipsis inferunt oppositionem οὐ γάρ εἰσιν τοῦτοι στόλοις) temporisq; verbi immutatione. Resp. Non negamus omnem oppositionem, sed illam tantum, quam aduersarii sibi fingunt. Quod n. attinet diversa hujus verbi (ego baptizo &c. ille baptisabit) tempora; respexit partim ad finem sui ministerii, jamjam imminentem Joh. 3. 30. partim ad continuationem officii hujus per discipulos Christi ad finem usq; seculi futuram. Ita enim sëpe in S. Script. res aliqua dicitur fieri, quando coantinuantur. Conf. Luc. 11.13. Lev. 26 n. vide Glasl. in Gramm. S. tr. 3 can. 4 p 226. neq; enim tempus futurum potest h. l. subvertere præsens, quia de tempore præsenti constat ex Joh. c.1.33. ubi dicitur; hic est, qui baptisat in Spir. S. Particulae autem uerbi & de innuunt discrimen, cù inter baptismū propriè sic dictum, & baptismum flaminis seu visibilem illam effusionem S. S., quæ à Christo evèntura esset Apostolis in die Pentecostes; tum verò inter causam Efficientem administrantem primariam & secundariam. Cæterum Formæ identitatem ita demonstramus. A quo fuit missus Johannes, quem prædicavit, quiq; in baptismo Christi sese manifestavit, & deniq; in cuius nomine remissio peccatorum confertur (fuit enim baptismus Johannis in remissionem peccatorum Luc. 3. 3.) In ejus nomine baptisavit. Atqui à totâ Trinitate indivisiè fuit missus. Joh. 1. 33. Prædicavit Patrem Joh. 3.34. 35. 36. digito monstravit Christum. Joh. 7. 36. & vidit descendente in Spir. S. Joh. 7. 33. inquè solius Trinitatis nomine remissio peccatorum confertur. E. Finis deniq; hinc idem jam

apparet,

apparet, nempe fides in Christum Act. 19. 4. & remissio peccatorum
Marc. 1. 4. Quapropter nobis habemus persuassimum, unum idem q;
esse baptisma Christi & Johannis. Deinde etiam piè credimus cum Da-
masceno, propter hæc duo Salvatorem nostrum voluisse à Johanne,
baptisari, 1. ut sanctificaret nostrum baptismus, atq; ita adimpleret o-
mnem justitiam Matth. 3.15, h. e. non solum passione & morte suā ju-
stitiam nobis acquireret, sed & media seu organa illa sanctificaret, te-
stimonio Patrum passim. 2. Ut tanquam caput Ecclesiæ cum membris
ejusdem etiam externā hac fæderis ceremoniā arctiorem aliquam uni-
onem iniret atq; contraheret. Quod si vero jam Baptisma Johannis à
Baptismate nostro, seu ipsius Christi, specie differt; neq; sanctificatio-
nis nostri Baptismi, neq; communionis fidelium cum capite Christo
Eph. 5.26.27.30. c.4 15.16. potest esse medium. Sed absurdum posterius.
E. & prius. Locus etiam iste, quem aliàs miserè torquent. Act. 19.2.3. 4.
nil quicquam adversarios potest juvare. Duo autem obijci posse vi-
dentur. 1. Johannes baptisavit expressè in Christum ἐγχόμενον, ven-
turum: Apostoli autem in præsentem, passum & mortuum. E. non est
minus & idem baptismus. Respondemus primò intelligendum hoc esse
non de adventu Christi in carnem, sed de adventu Domini ad manife-
stationem officii peragendi. Deinde si hæc temporis diversitas obtine-
ret istam vim substantiæ baptismi mutandæ; utiq; idem valeret in S. S.
Coenà, ubi Christus discipulis exhibuit corpus suum adhuc passurum
& moritulum; Apostoli vero deinde passum & mortuum. Atqui hoc
est absurdum, quia ita subrueretur tota S. S. Coenà, si ipsa institutionis
verba falsitatis hujus possent coargui. E. 2. dicunt rebaptisatos suis-
se à Paulo, à Johanne jam ante baptisatos discipulos Ephesinos. Sed ne
Disputatio nostra nimis exrescat, supersedebimus jam illis: fortean
dabitur ansa conferendi pluribus de hiscè in ipso discursu. Interim vi-
deat qui volet, Chemnit. part. 2. Exam Conc. Trid. qui pag. m. 61. ita
scribit: Disputatio de Johannis Baptismate non est valde necessaria;
nemo enim nunc baptisatur vel baptisatus est Johannis Baptismate &c.
Non igitur statim anathemate jugulandi sunt illi, qui de hac quæstio-
ne collatis scripturæ sententiis, paulo aliter, quam veteres quidam dis-
putant, si id fiat salvâ veritate doctrinæ de penitentiâ, fide, & pietate &c
Et hoc usq; erat Efficiens; nunc ad finem.

C

§. 2. Fi-

§ 2. Finis Baptismi est duplex :
Einn §, & Finis §.

In fine §, cui est illud in intentione, quod effectui in executione, hic non erimus multi, cum in sequenti §. de Effectu unā, quod ajunt, fideiā duo possint dealbari parietes. Interim tamen sic de eo statutum habemus, non conferre baptismum gratiam ex opere operato, neq; per nudum commonefactionis modum fidem excitare, quæ deinceps semper etiam extra usum ejus justitiam Evangelii propriam apprehendat; sed esse revera medium atq; instrumentum offerens atq; obsignans justitiam fidei: Unde etiam non sine causa Circumcisio dicitur signaculum seu obsignatio ejus Rom. 4. 11. Hic autem accurate est distinguendum inter Signum, Signatum & Signaculum Baptismi. Signum & Signatum dicuntur vel propriè, vel tropicè. Tropicè per Synecdochen alterius partis essentialis Sacramenti Baptismi; ita ut signum denote hoc sensu rem externam & visibilem Baptismi; Signatum invisibilem & coelestem. Propriè, quatenus signum utrumq; notet, tam coelestem, quam terrenam rem: Signatum verò notet ipsam Baptismi regenerationem ac renovationem Sp. S. Tit 3. 5. quam demum mediante obtinetur signaculum, seu quod idem est ipsa res Baptismi, nempe obsignatio justitiae fidei. Atq; ita quidem videmus, Signaculum (seu rem ipsam propriè dictam, h. e. obsignationem justitiae fidei) esse omnibus Sacramentis, non solum Novi, sed etiam Vet. Test. commune: Signatum verò, (ut & signum) esse cuilibet Sacramento proprium.

Finis § verò, seu Objectum, uti in desuitione affiruimus, sunt omnes homines, juxta institutionem Christi universalem: Baptisate omnes gentes, Marc. ult. Matth. 28. Joh. 3. 5. & quidem soli, quia illis solis finis & effectus Baptismi competit, inq; Vet. Test. Circumcisio solis administrabatur: sive liberi, sive servi, sive mares, sive fæminæ 1. Cor. 12. 13. Gal. 3. 27. 28 seu infantes, seu adulti; attamen insigni quodam cum discrimine. Adulti enim prius sunt docendi, & deinde baptisandi: id quod non adeò urgemos ex isto Matth. 28. 19. ubi habetur vox μαρτυρειν, quæ pariter exponi potest & intelligi de verbo, ac de Baptismo; quam ex ipsâ Apostolorum consuetudine, qui prius docuerunt, & deinde baptisarunt, Conf. Marc. 16. 15. Luc. 3. v. 3. 7. 12. Matth. 3. v. 1. 5. & 6. Infantes verò, cùm non possint doceri, modi sint in Ecclesiæ potestate, tamen sunt baptizandi. Dicuntur autem in Ecclesiæ potestate esse illi, qui vel

in Ec.

in Ecclesiā sunt nati, vel ex patriā potestate (ut Ethnici & Turcæ con-versi) in eam legitimè redacti. De Ethnicorum verò s. pagiorum libe-ritis tale habemus iudicium Ecclesiasticum, ut infantes gentilium s. infi-delium, quatenus eorum hactenus sunt, h. e. in eorū potestate manent, non sint baptisandi, neq; participes reddendi hujus, Ecclesiæ propriissi-mi, ut ita loquar, boni ; ne detur sanctum canibus &c. Matth. 7. 6. Extra hunc v. casum nil prohibeat parentum infidelitas, quò minus æquè ac Christianorum liberi baptizentur. Quod si utrumq; jam confirmem, à me requiratur; Primi pro infantibus infidelium baptizandis, adduco exemplum Abrahāmi, qui Gen. 17. ex Dei institutione (ut verba clarè so-nant v. 12. Omnis quicunq; etiam non fuerit de stirpe illâ fidelium &c.) circumcidit non modo vernaculos domus suæ omnes, sed etiam singu-larē, quos emerat, v. 23. omnes videlicet mares domus suæ, quorum tre-centos decem & octo habuisse legitur, Gen. 14. 14. qui plurimos dubio procul genuerunt liberos: & hi ipsi, adhuc infantes, nihilominus ab A-brahāmo dicuntur h. l. circumcis. Et confero Petri concionem Act. 2. 39. vobis facta est promissio & liberis vestris, & omnibus, qui sunt à longè &c. Ubi Ecclesiæ membris opponit omnes adhuc extra eam con-stitutos οὐκ εἰς μανεῖν, quos (Conf. Eph. 2. 12. & 13.) ad Ecclesiam dicit— convertendos, quippe ad eos quoq; pertineat promissio, & consequen-tē promissionis ob-signatio. Deinde quoad infantes Christianorū ba-ptisandos, ut taceam, & illos esse gentes, inq; peccatis cōceptos & natos, atq; ita indigere regeneratione, ita argumentor. Quorumcunq; est gratia regni coelestis, seu regnum cœlorum, eorum etiam est baptismus. Atqui infantum Christianorum est regnum cœlorum. E Maj. patet, quia. Quemadmodum in Vet. Test. totum Sacramentum Gen. 17. v. 7. & 12. circumcisionis spectabat ad omnia Ecclesiæ membra; ita etiam in N. T. nisi velis in V. T. ubiorem fuisse datam gratiam statuere. Minor stat firmo calo Matth. 19. 14. Marc. 10. 14. Luc. 18. 16. Ubi nihil moramur illos, qui urgent vocem παρθία, quam dicunt notare h. l. non infantes sed adolescentes, & provectionis quodammodo ætatis; neq; enim fugit nos, Lucam versu præced. 15. pro παρθία expressè habere βρέφη, quæ vox non nisi de infantibus lactentibus in N. Test. accipitur. Ad hæc etiam Propheta Esa. cap. 49. 22. idem vaticinatur, quando ita: Ecce le-vabo signum meum, & afferent filios tuos in ulnis &c. ubi per signum nihil aliud intelligitur, quam Baptismus, infantibus cordatisimis Theo-logis.

logis. Neq; enim aliud signum præter Baptismum in N.T. est erectum. Ergo. Nos hic non erimus longiores, neq; operose nihil agendo disceptabimus multum, annè fidem habeant infantes; cum putemus sa-
vius, simpliciter credere Deo dicenti, quæ rationi contradicenti. Hinc ita. Quorum est regnum cœlorum, illi credant oportet (impossibile e-
nīm est absq; fide placere Deo Ebr. 11.6.) Atqui de infantibus est verum
prius, Marc. 9.42. & Luc. 18.16. E. Concludemus igitur hoc § præter-
mitentes hac vice omnes illas quæstiones benè multas, ferèq; otiosas,
quæ agitari solent de infantibus nondum in lucem plenè editis, mon-
stris, mente capit, expositiis, alijsvè rebus, quæ hic in disceptatio-
nem venire amant, præsertim cum ad ipsam praxin potius, quæ theo-
riam spectent.

§. 3. Effectus Baptismi multiplex nobis in S.S. proponitur.

Nos cum D. Paulo tantummodo expendemus breviter proprium
Baptismi Effectum Tit. 3.5. cumque duplēcēm; 1. Regenerationem, voce
hac strictè sumptā, uti notat ipsam justificationem, estq; causa renovationis.
2. Renovationem, quæ est effectus illius. Complectitur autem
REGENERATIO sub se, ut plurimos alios effectus, ita etiam 1. Emun-
dationem Act. 22.16. Ubi tucus homo animā & corpore constans, uti se-
cundum utramq; partem peccato est infectus, ita etiam utrobiq; mun-
datur ab omnibus peccatis. Ab omnibus inquam, quia S. Script. hunc
effectum Baptismo tribuit, quæ omnes temporis differentias. De præte-
rito loquitur Paulus Tit. 3.5. Conf. Eph. 5.26 27. De præsenti vide 1. Pet. 3.
21. De futuro ipse Salvator Marc. 16.16. Unde jam suā sponte collaba-
scit eorum opinio, qui baptismi reiterationē haud frigidè propugnant.
2. Imputationem justitie Christi. vid. Gal. 3.27. & conf. Esa. 61.10. 3. Ad-
optionem in filios Dei ac vite æt. hæredationem Joh. 1.12. Rom. 8.15. Eph.
1.5. Tit. 3.7. RENOVATIO autem licet à regeneratione, ut jam
antè dictum est, propriè & specialiter acceptā distinguatur; individuo
tamen & perpetuo nexu est cum eā conjuncta, eamq; sequitur, ut cau-
sam (non impeditam) effectus, ut ita sensim intellectus hominis, volun-
tas, omnesq; animaliæ vires renoverentur, ac rudera quodammodo amissæ
Dei imaginis de die in diem in baptisatis restaurarentur vide 2 Cor. 4.16.
Coloss. 3.10. Rom. 6.3-4. &c. Atq; ita jam finimus hanc nostram Dispu-
tationem, missis factis iis, quæ hic subiecti deberent de adjunctis cir-
cumstantiis, si ratio ferret. Interim

Gloria sit Patri, sit Nato Gloria, sancto

Gloria spiritui, Triudi sit Gloria Sacra,

in Ecclesiā sunt nati, vel ex patriā potestate (ut Ethnici & versi) in eam legitimè redacti. De Ethnicorum verò s. pagis tale habemus judicium Ecclesiasticum, ut infantes generelium, quatenus eorum hactenus sunt, h. e. in eorū potest non sint baptisandi, neq; participes reddendi hujus, Ecclesiā, ut ita loquar, boni; ne detur sanctum canibus &c. Magis hunc v. casum nil prohibeat parentum infidelitas, quòd in Christianorum liberi baptizentur. Quod si utrumq; jam de me requiratur; Primum pro infantibus infidelium baptizant exemplum Abrahā, qui Gen. 17. ex Dei institutione (ut videntur v. 12. Omnis quicunq; etiam non fuerit de stirpe illā circumcidit non modo vernaculos domus suæ omnes, sed los quos emerat, v. 23. omnes videlicet mares domus suæ, centos decem & octo habuisse legitur, Gen. 14. 14. qui plurimū generunt liberos: & hi ipsi, adhuc infantes, nihil de brahāmo dicuntur h. l. circumcisī. Et confero Petri con. 2. 39. vobis facta est promissio & liberis vestris, & omnib; longè &c. Ubi Ecclesia membris opponit omnes adhuc exstitutos regni cœlestis, quos (Conf. Eph. 2. 12. & 13.) ad Ecclesias convertendos, quippe ad eos quoq; pertineat promissio, & ter promissionis ob-signatio. Deinde quoad infantes Christi baptisandos, ut raceam, & illos esse gentes, inq; peccatis cōcepit atq; ita indigere regeneratione. ita argumentor. Quoniam gratia regni cœlestis, seu regnum cœlorum, eorum etiam est. Atqui infantum Christianorum est regnum cœlorum. Eius quia. Quemadmodum in Vet. Test. totum Sacramentum C. 12. circumcisionis spectabat ad omnia Ecclesiæ membra N. T. nisi velis in V. T. uberiorem fuisse datam gratiam statim firmo ralo Matth. 19. 14. Marc. 10. 14. Luc. 18. 16. Ubini illos, qui urgent vocem παρθεῖν, quam dicunt notare h. l. sed adolescentes, & provectionis quodammodo ætatis; ne nos, Lucam versus præced. 15. pro παρθεῖν expressè habere vox non nisi de infantibus lactentibus in N. Test. accipit etiam Propheta Esa. cap. 49. 22. idem vaticinatur, quando vabo signum meum, & afferent filios tuos in ulnis &c. ubi nihil aliud intelligitur, quam Baptismus, latentibus cordati.

